



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Catena. Aperta vis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*γένεσίν των* legi, quam literam nostri secuti sunt, sed apud Hebreos vocabulum esse, quod ajunt significare Sidonios, populum Judæis semper infestissimum: venatores enim Sidonii, inquit Adamantius. Neque ignoravit hoc Maro noster, apud quem Venus mater Aeneæ filio:

En. lii. i.

— Media fœse fert obvia syloę,

· Virginis os habitumq; gerens &amp; virginis ara Spartana.

Namq; humeris de more habilem suspendebat arcum

Venatrix, dederatq; comam diffundere ventis,

Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes.

Curque hoc venatricis habitu incederet, causam mox infert:

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram

Purpureoq; alte furas vincere cothurno.

## ANNONA. CAP. XLI

Venationis  
hierogly-  
phicum.

**Q**uin etiam ipsa venationis locutio aliquid præ se fert hieroglyphicum: siquidem venatio tum vietur, tum annonam, & quicquid in humana vita usum comparatur, significare dicitur. Venatus enim prima ciborum delicia comparatur. Quare videoas locum Psalmographi: *Viduam ejus principem benedicam*, quod in antiquis Græcorum exemplaribus ἡρός, non χάρος, legitur, quod venationem significaret: ex qua locutione Theologi omne ciborum genus quod ad pulmenta comparatur, accipendum dicunt. Nam & qui Hebraicam lectionem sequuntur, aliquid simile deprehendere, cum pro *Viduam ejus benedicam*; *annonam illius*; *alii, principem benedicam*; *alii, amplificabo, copiosissimamq; faciam*, reddiderunt.

## DOLI OCCULTI. CAP. XLII.

Hinc in la-  
queum in-  
ducere, &  
Ibid Plato-  
nie in Sophi-  
a, baud  
facile effe  
omnes la-  
ques effu-  
gere, id est  
omnes do-  
lor.Taç απέ-  
ταις παθίον  
ειναι Διε-  
φευγειν.

**S**ed ut ad laqueum revertamur, id instrumenti occultos dolos & calliditatem, insidiarumq; indicat cogitationes. In occulto enim tendi solent insidia, quemadmodum & laquei, & in ejusmodi sententia à fatidico vate Davide positum invenias. Idem alibi mortis laqueum memorat, pro morte per insidias intententata. Nam quod laquei venatorib; adversus feras id insidia in hostes praefat. Dubio procul enim ubi in Psalmo legitur, *Laqueum paraverunt dolos omnino significat Eucherius*. Atque alibi in iisdem sacris literis de meretrice legas, vinculum in manibus ejus de vitii: *Dirampus vincula eorum, & proficiamus a nobis jugum ipsorum, ut contrito laqueo liberemur*. Nam hac quamdiu rupit Samson, inimicos vicit.

## DE CATENA.

## APERTA VIS. CAP. XLIII.

**C**atena vero vim apertam significat, quia victis palam catenæ injiciuntur, neque ullam exigunt occultationem.

## VITIA. CAP. XLIV.

**T**heologi nostri veteres catenas vitia significare contendunt: quod vitia se invicem gignere, atque arctissime complecti consuevere. Nam qui de moribus disputant, necesse ajunt multa illi inesse vitia, in quo vel unum tantum fuerit in conspicuo: usque adeo peccatum esse transire linéam, finivere. Sic è manibus Petri Apostolum principis catenæ ceciderunt: sic illi solvendijus divinitus attributum. Hoc tamen significato juniores libentius dixerunt.

CON-